

DAMASCEN. ea mutatione quoque subsint necesse est, Lib. 1, de Fide orthodox., cap. 5.

JOAN. SAR. 49. Rerum subite mutationes solent afferre molestias. Epist. 164.

H. PELOG. PAP. 50. Episcopus non mutat sedem, qui non mutat mentem. Epist. ad Benign. archiep.

PETR. BLES. 51. Qui de homine in Angelum transieras, nunc de Angelo in hominem reversus es. Epist. ad Quemdam.

PETR. CELI. 52. Muta vitam, dum vivis in hac vita: ne si forte modo dum potest, distuleris mutare, cum non poteris, cogaris tenere. Lib. 3, Epist. 10.

PETR. MARITIMUS ABD. CLUNIAE. 53. Nulla mutabilium rerum permutatio nos mutare, nulla varietas variare debet. Lib. 1, epist. ad Innocent. Pap.

PHILOJUD. 54. Nihil est in rebus genitis firmum, sed omnia mortalia necessarias mutationes admittunt. De mundi opific.

S. REMIGIUS 55. Omnis creatura, que mutari potest in melius aut in deterius, corruptibilis est. Super Epist. ad Rom., cap. 1, can. 23.

RICHARD. A S. VICTORE. 56. Nihil verius, nihil certius, quam mundanorum mutabilitas: quanto diligentius conspiciatur, tanto melius, tanto manifestius fugienda, et per despectum calcanda cognoscitur. Part. 1, Lib. 3, de Contemplat., cap. 2.

SENTENTIE PAGANORUM.

ARISTOTEL. 57. Ut homo pravus facile est mutabilis: sic et natura prava est ea, que indiget mutatione. Lib. 7, Ethic., ad Nicomach., cap. 14.

58. Quodam nasci nulla utilitas est, mores enim mutari faciunt: nam aliqua per naturam ad utrumque apta, per mores ad pejus vel ad melius convertuntur. Lib. 7, Polit., cap. 13.

PLATO. 59. Mutationem, aio, omnibus in rebus, praterquam malis, esse periculosissimam. Sizyg. 4, lib. 7, de Legibus.

SENECA. 60. Commutatio loci tolerabilis est, si tantum locum mutes, non animum. De Consolat. ad Helviam., cap. 13.

61. Non convalescit planta, que sepe transfertur. Epist. 2.

62. Animum debes mutare, non eorum: licet vastum trajeceras mare, sequuntur te quocumque perveneris, vita. Epist. 28.

63. Mutare te loca, et in alium de alio transire solo: quia tam frequens migratio, instabilis animi est. Epist. 69.

64. O quam bene cum quibusdam ageretur, si a se aberrarent, mutando locum! Prosec.

65. Quid prodest mare trajicere, et urbes mutare? si vis ista, quibus urgeris, non alibi sis oportet, sed alius. Epist. 104.

66. Nemo se mutat, qui mutari se desperat. De Moribus.

Vide etiam tit. Episcopos, sent. 8; Esse sent. 23, 24, 25, Honor, sent. 103, 105; Locas, sent. 36, 37, 44; Miraculum, sent. 12; Mundus, sent. 58; Res, sent. 16; Satisfactio, sent. 8; Sententia, sent. 37; Tempore, sent. 95.

MYSTERIUM.

Definitio. Mystrium est sacrum secretum, seu mystica ratio, abditumve consilium. Super Hymn. in Passionem ad Vesperas. Super illud: Fulget crucis mysterium.

Mysterium ob hoc dicitur, quod secretam, et reconditam habet dispensationem. Et habet in Decret. Gratiani, part. 2, caus. 1, quast. 1, can. Multi § Mysterium.

Differentia. Mysterium in hoc differt a sacramento, quod sacramentum semper aliquid tegere, dicitur: mysterium tegi, non tegere, predicatur. Lib. 3, epist. 7, ad Gregorium.

SENTENTIE PATRUM.

1. Peccat Deo, qui commissis sibi secreta mysteria putaverit indignis esse vulganda. Super Psalm. cxviii, serm. 2, vers. 3.

2. Indignus est Domino, qui aliter mysterium celebrat, quam ab eo traditum est. Super 1. Cor. cap. 14, in illud: Quicumque ederit panem hunc, etc.

3. Ad celestia arcana penetranda, ratio per se non sufficit, nisi a Deo adjuta fuerit. De spiritu et anima, cap. 37.

4. In Scripturis sacris bonorum vita, non disputationum ambagibus, sed mysteriorum auctoritate facillime purgatur. Lib. 2, de Ordine, cap. 9.

5. In Scripturis sanctis profunda sunt mysteria, que ad hoc absconduntur ne vilescent, ad hoc queruntur ut extereant, ad hoc aperiantur ut pascant. Super Psalm. cxxxx.

6. Humilibus et fidelibus divina legis mysteria parat, superbis autem et infidelibus latent. In suis Prop., verbo Humilibus.

7. Quanto quisque amplius divina mysteria majestatis aspicere ceperit, tanto mox de se humilia sentiens a tola sua trepidus virtutum fiducia deficit. Lib. 4, super Sanaulem, cap. 14, in illud: Percussit de viris, etc.

8. Non fas est homini, ingenio divina operis, seu mysterii machinas vel ingenio comprehendere vel explicare sermone. Lib. 4, de Consolat. Philo., prosa 6.

9. Necesse est de divinis et sanctis fidei mysteriis, neque sine sacris Scripturis temere quidquam tradere. Cateches. h, de Spiritu sancto.

10. Profundum mysterium fidei si scrutamur, turbulentum quidem est: tranquillum vero, si simplici animo contemplerur. De perfect. spirit., cap. 22.

DIONYSIUS CARTHUS.

S. GREGOR. MAGNUS.

PETR. MARITIMUS ABD. CLUNIAE.

S. AMBROS.

S. GREGOR. MAG.

S. AUGUST.

S. HIERON.

V. BEDA.

ROETIUS.

S. CYRILLUS HIEROSOL.

S. BLAUCH.

DIONYSIUS CARTHUS. 44. Apostoli magis illuminati, Christi mysteria clarius conspexerunt, multipliciusque novaverunt, quam Vates Moisaica legis. Super Epist. 2, Petri, cap. 1, art. 1.

45. Divina opera non discutienda sunt, sed credenda. Hom. 1, de Symbolo.

46. Quisquis ille es, qui obscurorum profunda non fide, sed curiositate rimaris: hoc potius insinua cordi tuo, ut divinas dispensationes quanto difficilior investigare te videris, tanto reverentius admireris. Prosecc.

47. Quanto minus capis mysterii intellectum, tanto magis dispensatoris mirare, consilium. Ibid.

48. Nihil pene in sermone Dei mysteriis vacat. Hom. 1, de S. Joan. Baptist.

49. Desinamus fide neglecta, contumeliosis questionibus divinum pulsare mysterium. Prosecc.

50. Scrupulositas intelligentiam mysteriorum Dei superflua curiositate non invenit: sed fidem perdit, quam constat esse duccm salutis. Tract. 14.

51. Frustra queris ab hominibus in terra, quod solus Deus novit in coelo. Super Daniel., cap. 2.

52. Nova vite mysteria non sunt committenda mentibus nondum innovatis. Super Matth., cap. 9.

53. Divina virtutis mysteria (que comprehendi non possunt) non intellectu discutienda sunt, sed fide veneranda. Homil. 20, super Ezech.

54. Sacrilegium est vel celasse, vel ignorasse Christi mysteria. Epist. 59, ad Pammach.

55. Dilige mysteria Dei, ut amaris a Christo. Epist. 43, de Septem ordinib., grad. 1.

56. Turpe lucrum est, de celestibus mysteriis terrena sectari. Super 1. ad Tim., cap. 3, in illud: Non turpe lucrum sectantes.

57. Mysterium humane liberationis ignotum est. Super Epist. ad Rom., cap. 1.

58. Quando deficit ratio, et mens non est capax scrutari mysteria Dei, cogit quod magnus est Dominus, et quanta ejus virtus, cum neque rationem eorum, que ab illo facta sunt, scire mens queat. Homil. 7, super Gen.

59. Non possunt aliter creationis mysteria intelligi, quam fidei oculis conspicua. Homil. 15, super Gen.

60. Pernitiosum malum est, absque delectu cuius divina mysteria detegere. Ibid., homil. 16.

61. Mysteria veritatis margarite sunt: quia sicut margarite inclusae coelestis, posite sunt in profundo maris: sic et divina mysteria in verbis inclusa, posita sunt in Scripturarum sanctarum altitudinem. Homil. 17, super Matth. Oper. imperf.

62. Mysterium Dei seire expedit hominibus, nam servus fidiar fit circa observationem domini sui: cum ceperit dominus illi secreta sua committere. Ibid., homil. 50.

DIONYSIUS CARTHUS.

S. GREGOR. MAGNUS.

PETR. MARITIMUS ABD. CLUNIAE.

S. AMBROS.

S. GREGOR. MAG.

S. AUGUST.

S. HIERON.

HUGO CARD.

S. JOANNES CHRYSOST.

ROETIUS.

S. CYRILLUS HIEROSOL.

S. BLAUCH.

30. Si Deus non omnia mysteria dicat hominibus, non invidet scientie nostre, sed quia omnium mysteriorum scientia nobis minime proficiat. Ibid.

31. Mysterium Dei incoquinatum est atque ineffabile, et multum habet quod mirabile sit prater opinionem. Sermon. 19, super Epist. ad Rom.

32. Mysteria consuevit appellare Scriptura, que prater spem, et humanam sunt opinionem. Homil. 7, super 1. Cor.

33. Ecclesia arcanorum mysteriorum thesaurus est. Ibid. hom. 16.

34. Istud vere mysterium est, quod nemo cognovit, quod admirabile est, quod prater communem est expectationem, et quod absconditum est. Homil. 5, super Epist. ad Coloss.

35. Animadvertit mysterium et venerationis horrore moveberis: mysterium est magnanque mysterium, et pietatis sacramentum: mysterium revera ubique terrarum auditum atque creditum est. Homil. 11, super 1. Tim.

36. Si hominibus caninos vel porcinos mores habentibus sanctum dederis, aut mysteria secreta crederis: nec sanctum illos sanctificat, nec mysteria veritatis eos illuminat: sed e contra ipsi sanctum conquinant, et mysteria veritatis blasphemant. Homil. 17, super Matth. Oper. imperf.

37. Sic divina scrutata mysteria, ut semper ea cogites immensa. Lib. 1, de Suanio bono, cap. 8, sent. 49.

38. Qui nihil terrenum cura suscipitur, si tentet Dei scrutari mysteria, non videt, quia caligine curarum obscuratus non videt. Ibid., lib. 3, cap. 9, sent. 4.

39. Spiritus intellectualis mysteria carnalis mens, et infidelitatis tenebris involuta, capere non sufficit. De Casio conub., cap. 25.

40. Divina mysteria celantur, ut quantum non capit homo, avidius nosce queat, et cum quesita non intellexerit, amplius metuat, sciens divinum esse atque profundum quicquid mortalibus nosse fuerit denegatum. De Promiss., part. 2, cap. 31.

41. Christi mysteria intelligere digni non sunt, qui ea cum humilitate et desiderio non requirunt. Medit. 2, de Desider. Prophetar., cap. 2.

42. Vos intra sectoris pectoris divina mysteria silentio tegite, et tacturnitate celate. De volunt. divina, cui titulus Asclepius, cap. 11.

Vide etiam tit. Eucharistia, sent. 230, 231; Saecrosos, sent. 37; Trinitas, sent. 66.

NATIVITAS CHRISTI.

SENTENTIE PATRUM.

1. Ex utero funditur Christus, sed coenascitur e coelo: terreno in diversorio jacet, sed celesti lumine fulget: nupta peperit, sed virgo concepit: 5. AMBROS.

S. ISID. HISP.

S. LAURENT. JUSTIN.

S. PROSPER.

THOMAS A KEMPIS.

TRISMEG.

nuptia peperit, sed virgo generavit. Lib. 2, super *Lucam*, cap. 2, in illud: *Ut pareret, etc.*

8. AUGUST.

2. Ipsa Dei virtus per inviolatæ Matris virginea viscera, membra infantis eduxit, quæ post ea per clausa ostia, membra juvenis introduxit. Epist. 3, ad *Volsianum*.

3. Sicut secundum illam divinitatem, qua unum sunt Pater et Filius et Spiritus sanctus, neque Patrem natum credimus, neque Spiritum sanctum, sed solum Filium: sic etiam secundum carnem solum Filium natum catholica fides et credit et predicat. *De Fide ad Petrum*, cap. 2.

4. Unigenitus Dei natus est semel ex Patre, semel ex Matre: natus est enim de Patre Deus Verbum, natus est de Matre Verbum caro factum. *Prosec.*

5. Unus est ergo atque idem Deus Dei Filius natus ante secula, et natus in seculo; et utraque nativitas, unus est Filius Dei. *Ibid.*

6. Mariæ conceptus et partus, operatio Trinitatis est. *Lib. de Trinit.*, cap. 5.

7. Nascebatur ex Virgine non transgressionis contagione vitata natura, sed omnium talium vitiorum sola medicina. *Prosec.*

8. Nascebatur homo nullum habens, nullum habiturus omnino peccatum, per quem renascerentur liberandi a peccato, qui nasci non possunt sine peccato. *Lib. 13, de Trinit.*, cap. 18.

9. Nolite vos ipsos contemnere viri, Filius Dei virum suscepit. *Prosec.*

10. Nolite vos ipsas contemnere, femine, Filius Dei natus est ex femina. *De Agone christiano*, cap. 14.

11. Nativitas nihil est aliud, quam exilio, exilio autem manifestatio est: itaque Christus non factus, sed editus est. *De questionibus Veteris et Novi Testamenti*, quæst. 97.

12. Sicut transitu meo Mariæ non est corrupta Virginitas, sic et mea non est ibi maculata majestas. *De quinque hæres.*, cap. 5.

13. Dicit Deus Creator hominis, filius hominis, Quid est quod te permovet in mea Nativitate? Non sum libidinis conceptus cupiditate: ego Matrem, de qua nascerer, feci: ego viam meo itineri præparavi atque mundavi: hanc quam tu despicias, Manichæe, Mater mea est, sed manu fabricata est mea. *De quinque hæresibus*, cap. 5.

14. Natus est Dei Filius ex homine, et non per hominem, id est, non ex viri coitu, sicut Ebiion dicit: sed carnem ex Virginis corpore trahens, et non de celo secum afferens, sicut Marcion, Origenes, et Eutyches affirmant; neque in phantasia, id est, absque carne, sicut Valentinus asserit, neque putative imaginatum, sed corpus verum; non tantum carnem ex carne, sicut Marcianus; sed

verus Deus ex divinitate, et verus homo ex carne, unus Filius, in divinitate Verbum Patris et Deus; in homine anima et caro; anima non absque sensu et ratione, ut vult Apollinaris; neque caro absque anima, ut Eunomius: sed anima cum ratione sua, et caro cum sensibus suis, per quos sensus verus in Passione et ante Passionem suas carnis dolores sustinuit. *De Ecclesiasticis dogmatibus*, cap. 2.

15. Unde sordes in Virgine Matre, ubi non est concubitus cum homine Patre? *Prosec.*

16. Unde sordes in Maria, quæ nec concipiendo libidinem, nec pariendo est perpessa dolorem? *Ibid.*

17. Taceat immunda vanitas, quia munda nata est divinitas. *Ibid.*

18. Ille unius sanctæ Virginis partus, omnium sanctorum virginum est decus. *De sancta Virginitate*, cap. 5.

19. Christus in carne quidem, et de carne, non tamen carnaliter, sed spiritaliter natus est: natus est enim de Spiritu sancto ex Maria Virgine. *Lib. 6, contra Julianum*, cap. 8.

20. Venerare Nativitatem, per quam terrenæ nativitalis vinculis liberatus es: honora Bethleem pusillam et minimam, per quam tibi regressus ad Paradisum patefactus est. *Lib. 4, contra Julianum*, cap. 2.

21. O Verbum ante tempora, per quod facta sunt tempora! natum est in tempore, cum sit vita æterna, vocans temporales, faciens æternos. *Super Psalm. ci, concion. 2, vers. 25.*

22. Nos filios Dei gratia fecit, Christum natura. Quia vero natus est, non est ut dices, non erat antequam natus erat: nunquam enim non natus erat, qui Patri cœternus erat. Qui sapit, capiat: qui non caput, credat, nutriatur, et capiat. *Tractatu 48, super Evangelium Joannis*, de cap. 10.

23. O beata infantia, per quam nostri generis vita est reparata! *Prosec.*

24. O gratissimi delectabilesque vagitus, per quos stridores denique æternosque ploratus evasinus.

25. O felices panni, in quibus peccatorum sordes extersimus!

26. O præsepe splendidum, in quo non solum jacuit fœnum animalium, sed cilus inventus est Angelorum! *Serm. 5 de Nativitate.*

27. Virtus mundi nascitur, et nullus parienti est gemitus: vacuatur uterus, infans excipitur, nec tamen virginitas violatur. *Prosec.*

28. Fas enim erat, ut Domino ex Virgine secundum carnem nascente, meritum cresceret castitatis: ne per ejus adventum violaretur integritas, qui veniebat sanare corrupta. *Serm. 6 de Nativitate.*

29. Natus est Christus in tempore per voluntatem, ut nos perducat ad Patris æternitatem. *Ibid.*, serm. 9.

30. Nascitur Christus, ut ipsam quam prius homo vitaverat, melioraret naturam. *Prosec.*

31. Jacet in pannis, sed regnat in coelis: humiliatur in cunabulis, sed in nubibus tonat: in præsepe ponitur, quia omnis caro foenum. *Serm. 20 de Nativitate.*

32. Quid erit tribunal judicantis, si superbos reges canabula terrebant infans? *Serm. 2 de Epiphania.*

33. Filius Dei propterea voluit nasci homo, quia perierat omnis homo. *Serm. 2 de Nativitate.*

34. Solus Christus de Virgine natus est, quia solus sine amplexu viri et femine, de Spiritu sancto conceptus est: solus sine corruptione implevit uterum Matris; quia solus pro nobis super celos ascendit, ut sederet ad dexteram Patris. *Ibid.*

35. O femina super feminas benedicta: Quæ et virum non cognovit, et virum in utero circumdedit, quæ concubitu carnali non tangitur, et tamen carnea prole de spiritali semine gratulatur. *Serm. 5 de Nativitate.*

36. Peccavit homo, et factus est reus: natus est homo Deus, ut liberaretur reus. *Serm. 9 de Nativitate.*

37. O miracula! o prodigia! nature jura mutantur in homine: Deus nascitur, Virgo sine viro gravidatur, viri nesciam sermo Dei maritat: simul facta est Mater, et Virgo: Mater facta est, sed incorrupta, Virgo habens Filium, nesciens virum, semper clausa, sed non infœcunda. *Ibid.*

38. O sacrum et celeste mysterium in Nativitate Domini! concepit virgo antequam sponsum haberet, parit antequam nubat, et quod ad laudem nominis Domini, et Mater et Virgo coepit esse post partum. *Serm. 13 de Nativitate Domini.*

39. Veneranda Nativitas Salvatoris, qui natus in carne est, humilitatis est instrumentum, pietatis mysterium, et æternæ spei remedium manifestum. *Serm. 18 de Nativitate.*

40. Omnis Domini Nativitalis schola, humilitatis est officina, patientiæ massa, virtutis agonia. *Ibid.*

41. Ubi virginitas concepit, integritas parit; Dei est virtus conscia, non voluptas. *Serm. 20 de Nativitate.*

42. Nascenti Domino non est ablata, sed conservata virginitas, quæ ipsa sponsum genuit sui pudoris, ipsa custodi præbet fidele servitium: facta, sed virgo: virgo, sed Mater: sterilitate caruit, non pudore. *Ibid.*

43. Beata fecunditas Mariæ, quæ honorem acquisivit maternum, et castitatis premium non amisit. *Ibid.*

44. Nobilitas fuit Christi nascentis in virginitate parientis, et nobilitas parientis in divinitate nascentis. *Serm. 2 Epiphania.*

45. Natus est Christus ex Virgine, ut nos nasceremur ex Ecclesie virginis utero. *Serm. 1, Vigil. Pent.*

46. Ut homines nascerentur ex Deo, primo ex ipsis natus est Deus: Christus enim Deus, et Christus natus ex hominibus. *Tract. 2, super Joan.*

47. Christus apparuit nobis, non in forma Dei, ne id quod debile est consterneret; sed in forma servi, ut id quod in servitute redactum erat, liberaret. *Concione 24 de Nativitate Christi.*

48. O nativitas illibata sanctitate, honorabilis mundo, amabilis hominibus collati magnitudinis beneficii, investigabilis etiam Angelis sacri profunditate mysterii, et in his omnibus admirabilis singularis excellentia novitatis? *Prosec.*

49. O partus solus sine dolore, solus nescius pudoris, corruptionis ignarus, non rearsens sed consecrans virginis uteri templum.

50. O nativitas supra naturam, sed pro natura, miraculi excellentia superans, sed reparans virtute mysterii. *Serm. 1, Vigilie Nativitatis.*

51. Cuiam Christus poterit asper aut durus videri, qui nec ipsi Matri in nativitate quiddam asperitatis, quiddam intulit læsionis? *Ibid.*, serm. 4.

52. O nova vere miracula! conceptus fuit sine pudore, partus sine dolore; o vere novitas inaudita! virgo peperit, et post partum inviolata permansit. *Ibid.*, serm. 4.

53. Pretiosiores sunt panni Salvatoris omni purpura, et gloriosius hoc præsepe auratis regum solis: ditior domique Christi paupertas cunctis opibus, cunctisque thesauris seculi. *Ibid.*, serm. 4.

54. Ubi aula regia, ubi thronus, ubi curiæ regalis frequentia? nunquid aula est stabulum, thronus præsepium, curiæ frequentia Joseph et Mariæ? *Serm. 1, Epiphania.*

55. Nascitur stella in excelsis, et Deus in terris, cuius possessio a mari usque ad mare. *Serm. 1, de Nat. Dom. sibi adscripto.*

56. Vix natus est, Cœli gloria, Cœli divitiæ, Cœli delicia, dulcis Jesus, et ecce recenti ortui crucis ignominia, crucis dolor, crucis paupertas copulatur. *Lib. de Passione Dom.*, cap. 36.

57. Ubi est quem querimus? ubi est quem desideramus et affectamus? ubi est qui natus est rex Judæorum, lex devotorum, dux miserorum, lux cæcorum, vita morientium? In Bethleem Judææ. *De quinque festivit. Pauci Jesu*, solemn. 4.

58. Nativitas Christi fuit gratiosa, gloriosa, copiosa, fructuosa. *Lib. 4, Compend. Theolog. verit.*, cap. 14.

S. BASIL. MAG.

S. BERNARD.

S. BONAV.

S. CYPRIAN.

59. In natalitate Christi nulla domus ambitio, sed reclinatorum in stabulo, mater in feno, filius in presepio, panniculi pro purpura, pro bysso in ornata regio lacrimae congeruntur. *De Nativ.*, cap. 2.

S. GAUDENT.

60. Nascitur Christus non sibi, sed nobis : nascitur enim qui semper erat, nascitur qui in principio erat, et Filius Dei, et Verbum Dei, et Deus. *Tract.* 9.

S. GREGOR. MAGNUS.

61. Christus in carne natus, culpa unctione pressus est, et culpa contagione inquinatus non est; propria admissa non habuit, et tamen penam carnalium, sine culpa suscepit. *Lib. 3, Moral.*, cap. 11.

62. Nascente Domino videbatur divinitas humiliata, ascendente vero Domino est humanitas exaltata : in natalitate sua apparuit Deus humiliata, ascendente vero Domino est humanitas exaltata : in natalitate sua apparuit Deus humilis, in ascensione sua ostensus est homo sublimis. *Hom. 29, super Evang.*

63. Caeli Rege nato rex terrae turbetur est : quia terrena altitudo confunditur, cum celsitudo caelestis aperitur. *Ibid.*, hom. 10.

64. Dum unigenitus Dei existens ante saecula ex Maria utero natus est homo, investigabili miraculo facta est et ancilla hominis per divinitatem, et mater Verbi per carnem. *Lib. 9, in Registro*, indict. 4, cap. 61, epist. 61, *ad Quiriacum, episc.*

S. GREGOR. NIS.

65. In natalitate Domini, Virgo Mater efficitur, et permanet Virgo : nec virginitas partum ademit, nec partus virginitatem solvit. *Idem diem natalem Christi.*

66. Virgo peperit sine dolore, quia sine voluptate concepit. *De Christi resurrectione.*

S. GREGOR. TAUN.

67. Natus est Christus in Bethleem secundum carnem, ut Deum decebat, angelis caelestibus Dominum suum cognoscentibus, et Deum in presepio pannis involutum collaudantibus. In *Anathematismis*, cap. 12.

S. HIERON.

68. Qua voce, quo sermone tibi speluncam Salvatoris exponam? et illud presepio in quo infantulus vagit, silentio magis, quam infimo sermone honorandum est. *Epist. 18, ad Marcellianum.*

69. Dei Filius pro nostra salute, hominis factus est Filius : novem mensibus in utero ut nascatur expectat, fastidia suscipit, pannis involvitur, et ille puellum mundum includens, presepio continetur angustiis. *Epist. 23, ad Eustochium.*

70. Felix puerperium, letabile Angelis, expectabile Sanctis, necessarium peccatis, congruum profugatis. *Epist. 11, de Assump. B. M.*

S. HILARIUS

71. Partu Virgo, partus a Deo est : infans vagit, laudantes angeli audiuntur, panni sordent, Deus adoratur. *Lib. 2, de Trin.*, verbo *Angelus*, col. 2.

72. In natalitate Christi, iusto placatus est Deus homini : quia talis homo inventus pro homine, qui non solum par, sed et major esset hominem. *Super Psalm. ix*, cap. 8.

73. O Virgo gratiosa! totum nobis quodammodo est a te, quod per illum nobis est, qui natus est ex te. *De Verbo incarnato*, col. 3.

74. Vere genuit Maria corpus habens in se Deum habitantem : et revera natus est Deus, Verbum ex Virgine, vestitus corpore obnoxio huiusmodi passionibus nobiscum, *epist. 5, ad Trallianos.*

75. Vere genitus Christus, et qui haec credit, ut res se habet, quod natus sit, is beatus est : qui vero non credit haec, scelestus est, non minus iis, qui Dominum crucifixerunt. *Ibid.*, epist. 8, *ad Philippenses.*

76. Si Matrem quaeram, Virgo est : si Virginem quaeram, Mater est. Si prolem quaeram, Virginis est : si pudorem quaeram, matris omnino est. *De Virginit. B. M.*, cap. 11.

77. Integritas Mariae conceptioni adheret, pudor conceptionem sequitur, virginitas conceptum claudit. *Ibid.*, cap. 2.

78. Sicut clauso utero Maria concepit, ita et clauso utero peperit. *Ibid.*, lib. *contra eos qui disputant de Virginit. B. M.*

79. Nativitas Domini nostri Jesu Christi omnem intelligentiam superavit, et cuncta exempla transcendit : nec potest esse ulla comparabilis, quam est inter omnes singularis. *Ibid.*

80. Miranda fecunditatis Mariae prerogativa! quod talis talem taliter genuit. *In Encomio B. V. M.*

81. Idem habendus est in carne, qui habetur in spiritu; idem credendus in corpore, qui creditur in maiestate, quia nasciturus in carne. *Prosecc.*

82. Non divisionem aliquam, aut dissectionem sui fecit, ut se ex parte aliqua non nascente, pars sui aliqua nasceretur, aut aliquid in eo divinitatis postea superveniret, quod in eo natum ex Virgine non fuisset. *Lib. 5, de Incarnatione*, cap. 4, 1022.

83. Natus est Christus secundum carnem, ut in nasceretur spiritu : natus est ex muliere, ut in desinere filius esse mulieris. *Homil. 2, super Math. Oper. perf.*

84. Nascitur Christus Abraham semen ex Abraham, qui ipsum fecerat Abraham. Nascitur ex patre, qui prior generat patrem, ut esset filius patre anterior, esset Christus genitor prior : nec enim nasci corporaliter potuisset, nisi genitori originem tribuisset, ut esset genitoris genitor, et suae originis fabricator. *Homil. 1, in diebus Joann. 15. Vos amici mei estis.*

85. Christi juxta carnem Nativitas festum est omnium festorum, venerandumque, et omnium metropolis est. *In orat. de B. Philogonio.*

HUGO A. S. VICT.

S. GEMARTES. MART.

S. ILDEPH.

S. ONILO ABB. CLUN.

S. INNOC. III

JOAN. CASS.

S. PETERUS CHRYSOL.

S. JOANNES CHRYSOST.

HUGO A. S. VICT.

S. GEMARTES. MART.

S. ILDEPH.

S. ONILO ABB. CLUN.

S. INNOC. III

JOAN. CASS.

S. PETERUS CHRYSOL.

S. JOANNES CHRYSOST.

86. Quandi judaeis, quamvis sub peccatoribus, tamen Judaicis regibus tenebatur, Propheta mitebantur ad remedium ejus : nunc autem quando lex Dei sub potestate regis iniqui tenebatur, nascitur Christus : quia magna et desperabilis infirmitas, medicum artificiosorem quaerebat. *Homil. 2, super Math. Oper. imperfect.*

87. Beata Virgo Maria, virgo Jesse, novum florem carnis humane, utero quidem materno, sed partu est exita Virgineo. *Serm. 4, de Nativit. Dom.*

88. Mariae Virginis virginitas non est violata partu, sicut non fuerat temperata conceptu. *Ibid.*, serm. 3.

89. Maria ita Christum salva Virginitate edidit, quemadmodum salva Virginitate concepit. *Epist. 10, ad Flavianum Constantinopolit. Episcopum*, cap. 2.

90. Nativitas Domini nostri Jesu Christi omnem intelligentiam superat, et cuncta exempla transcendit, nec potest ulla esse comparabilis, quam est inter omnes singularis. *Serm. 10, de Nativit. Dom.*

91. Adorant Magi in carne Verbum, in infantia sapientiam, in infirmitate virtutem, et in hominis veritate Dominum majestatis. *Serm. 1, de Epiphania.*

92. Deus erat, et homo factus est : suscepit humanitatem, non amisit divinitatem. *Prosecc.*

93. Factus humilis, mansit sublimis : natus est homo, non destitit esse Deus : natus est parvulus, latens magnus. *Serm. 13, de Nativ. B. M.*

94. Ubi spiritus generalis, Virgo parturit, totum divinum geritur, nihil humanum. *Serm. 57.*

95. Spiritus et Virgo terrena copula non est, sed caeleste secretum : hinc est quod nascitur, est divinum. Ergo quod natus, confitendum est : quomodo natus est, tacendum. *Prosecc.*

96. Quia quod secretum est, sciri non potest : quod clausum est, nescit aperiri : quod singulare est non refertur exemplo. *Ibid.*, serm. 61.

97. Si Deum sic nasci Magus fatetur munere, fateatur dum adorat, advertite quid sentire, quid credere debeat Christianus. *Ibid.*, serm. 117.

98. Ineffabile Nativitatis Dominicæ sacramentum credere magis convenit, quam referre. *Prosecc.*

99. Virgo peperit : quod natura non habet, et usus nescit, ignorat ratio, mens non capit, pavet coelum, stupet terra, creatura miratur, quomodo sermo narrahbit humanus? *Ibid.*, serm. 113.

100. Haereticæ desine judicare iudicem tuum, et adora in caelis Deum, quem Deum Magus adoravit in terris. *Ibid.*, serm. 115.

101. Christus quod nascitur, non est consuetudo, sed signum : non est natura, sed virtus : non ordo est, sed potestas : et est caeleste miraculum, ratio non humana. *Ibid.*, serm. 116.

102. Quis dique mirari valeat, quis non obstupescat, quod is qui coeli immensitate non capitur, in angusto presepio reclinatur? qui electos suos stola immortalitatis induit, villibus pannis contegi non contempsit. *Serm. 61, de Nativ. Dom.*

103. Virgineum parere, novum ac singulare est : Deum vero parere, ita omnem novitatem singularitatis exuperat, ita omnia quae miranda sunt antecedit, ut nec mente concepi, nec lingua valeat aliquatenus explicari. *Serm. 63, de S. Joann. Evang.*

104. Natus est Christus temporaliter sine patre, et aeternaliter sine matre. *Super Epist. ad Hebr.*, cap. 7, lect. 1.

105. Decuit Christum non per seipsum, sed per alias creaturas nativitatem suam manifestare, ne fidei propagandae derogaretur. *Part. 3, quasi. 36, art. 4.*

106. In Natalitate Christi, qui conscientiam habet securam, dulcius gaudet : qui miseram, attentius timet : qui bonus est, affectuosius orat : qui peccator, devotissimè supplicat : dulcis dies et vero dulcis cunctis penitentibus, et veniam portans. *De Nativ. Christi.*

107. Nesciens Virgo virum, peperit sine dolore Salvatorem saeculorum. *Serm. de Nativit. Dom.*

108. O magnum sacramentum! Maria Virgo incorrupta concepit, post conceptum Virgo peperit, post partum Virgo permansit. *Serm. 2, de Nat. Chr.*

109. Mira res! concepit Maria de ipso quem parit : timet uterus maiestate, non semine : capitque virgo quem mundus mundique non capit pignitudo. *Ibid.*, serm. 3.

Vide etiam tit. *Dies*, sent. 37; *Maria*, sent. 206; *Paupertas Christi*, sent. 5; *Potestas Dei*, sent. 54; *Sodomia*, sent. 15.

NATIVITAS HUMANA.

Definitio. Nativitas est omnium malorum ingressio. *Super Ecclesiasten*, cap. 7, 3.

Nativitas est origo alicujus viventis a principio vivente conjuncto. *Part. 1, Summa quasi 27 art. 2, in corp. pag. 56, col. 1.*

Deissio. Quintuplex nativitas est, scilicet nativitas culpae, nativitas naturae, nativitas doctrinae, nativitas gratiae, nativitas gloriae, prima est in utero, secunda ex utero, tertia in Evangelio, quarta in Baptismo, quinta erit in judicio. *Super Sapientiam*, cap. 4.

Tres sunt nativitates. Prima est nativitas hominis damnata; secunda est nativitas hominis justificata; tertia est nativitas hominis beata. *Prosecc.* Prima natura est, secunda gratiae, tertia gloriae. In prima est peccatum, in secunda meritum, in tertia premium.

S. PETERUS DAMIAN.

S. THOMAS AQUINAS.

S. VINCENT. FERRAR.

S. ZENO. EPISC. MAN.

S. INNOC. III

JOAN. CASS.

S. PETERUS CHRYSOL.

S. JOANNES CHRYSOST.

HUGO CARD.

S. THOMAS AQUINAS.

HUGO CARD.

PETR. BLES.

- Prima est ut quis vivat, secunda ut iuste vivat, tertia ut beate vivat. Super *Job.*, cap. 3.
- SENTENTIE PATRUM.
6. AMBROS. 1. Vite hujus principium, mortis exordium est. Lib. 2, de *Vocat. gentium*, cap. 8.
2. Quam miserum, ut qui nascimur in libertate, moriamur in servitute! Lib. 2, Epist. 7, ad *Simplicianum*.
3. Nudi omnes nascimur, nudi morimur. Lib. 6, *Hexamer.*, cap. 8.
4. Nescit natura divites, quae omnes pauperes generat: neque enim cum vestimentis nascimur, nec cum auro argenteoque generamur, nudos fudit in lucem, egentes cibo, amictu, potu: nudos recipit terra, quos edidit. De *Nabathe*, cap. 1.
5. Omnia quae nascuntur in mundo, infirma, caduca, corruptibilia ac vana sunt. Super *Epist. ad Rom.*, cap. 8, in illud; *Vanitas creatura subjecta est*.
1. AUGUST. 6. Tam multos Deus creando nasci voluit, quos ad suam gratiam non pertinere praescivit. Epist. 157, ad *Optatum*.
7. Scito quomodo homo es, cujus conceptio culpa, nasci miseria, vivere poena, mori necesse. De *Spiritu et Anima*, cap. 54.
8. Omnis homo advena est nascendo, et incola vivendo. In quaest super *Levitic.*, quaest. 91.
9. Nemo renascitur in Christi corpore, nisi prius nascatur in peccati corpore. Lib. 1, de *Pecator. meritis*, cap. 29.
10. Nasci hic in corpore mortali, incipere aegrotare est. Super *Psaln.* cx, vers. 3.
11. Quo intrasti iter agis, exiturus venisti, non remansurus. Tract. 40, super *Evang. Joan.* de cap. 8.
12. Fui in necessariis natus, postea in spontaneis volutatus. In *Medit.*, cap. 39.
13. Nobilior est generatio spiritalis, quam carnalis. Serm. 1, *Don. Quinquag.*
14. Cum nascitur puer non ridet, sed plorat: quare plorat nisi quia voce testatur et confitetur plorando se ad miseriam devenisse? Serm. 31, ad *Fratr. in Eremito*.
15. In luctu nascimur, in labore vivimus, et in dolore morimur. *Ibid.*, serm. 65.
16. Mortales, et ignari, et carni subditi nascimur. Lib. 3, de *Lib. arb.*, cap. 19.
17. Nullus vitam in qua natus est bene finiet, nisi renatus antequam finiat. Epist. 57, quaest. 2.
18. Nemo nascitur ex Adam, nisi vinculo delicti et damnationis obstructus. Epist. 157.
19. Ingeniosum nasci, felicitatis est. Lib. 4, de *Civit. Dei*, cap. 21.
20. Undecumque nascantur homines, si parentum vitia non sectentur et Deum recte colant, honesti et salvi erunt. De *Conjug. bono*, cap. 16.

21. Hoc non est malum quod natus es, sed cum quo natus es. Lib. 3, contra *Julian.*, cap. 21.
22. Salva pudicitia conjugali, malum de malo nascendo trahitur, quod renascendo purgatur. *Ibid.*, lib. 4, cap. 8.
23. Diligatur proles, non ut nascatur tantum, verum etiam ut renascatur: nascitur namque ad penam, nisi renascatur ad vitam. De *Nuptiis*, lib. 4, cap. 17.
24. Ex concupiscentia carnis, utique mundo, non Deo nascitur: Deo autem nascitur, cum ex aqua et Spiritu sancto renascitur. *Ibid.*, cap. 19.
25. Conjugium bonum est, unde ordinate seminatus nascitur homo, et fructus conjugii bonus est, quod est ipse qui ita nascitur homo: sed peccatum malum est, cum quo nascitur omnis homo. *Ibid.*, lib. 2, cap. 22.
26. Ideo est secunda nativitas instituta, quia nativitas est prima damnata. Lib. 6, contra *Julian.*, cap. 19.
27. Quando quisque nascitur, antequam uti possit mente atque ratione, non regitur, nisi sensibus carnis. Tract. 15, super *Joan.*
28. Quisque cum praepitio nascitur, quia omnis homo cum vitio propaginis nascitur. *Ibid.*, tract. 30.
29. Homo quando nascitur, jam cum morte nascitur, quia de Adam peccatum trahit. *Ibid.*, tract. 49, circa med.
30. In filiis nativitas, in patribus antiquitas. Tract. 2, super *Ep. Joan.*
31. In sordibus generamur, in tenebris confinemur, matris nostras plurimum oneramus, in doloribus parturimus, et in nostro exitu ventres more vipereo laceramus. *Prose.*
32. Nudi nascimur, membris omnibus impotentes, mundo exponimur, et a ploratu vitam incipimus, et cum ploratu vitam finimus. Serm. 4, de *Uno confess.*
33. Jucundiores sunt illi dies, quibus renascimur, vel reparamur, quam illi quibus nascimur. Hom. 6, de *Pascha*.
34. Miserabilis prorsus hominis infirmitas: quomodo venit, sic revertetur. In *Annot. Super cap. 1, Job.* in illud; *Nudus egressus sum*.
35. Anima maribus citius infunditur, quam foeminis. In *Decretis Gratiani*.
36. Homines nati in mundo, flores in campo: vita in carne, flos in feno. Super *Job.*, cap. 14.
37. Hominis procreatio non est sine sordibus. *Ibid.*, cap. 14.
38. Sicut fenum in terra, vel folium in arbore nascitur, ita caro nostra nascitur ex progenie parentum. Super *Ecclesiastic.*, cap. 14.
39. Quid sunt nati homines in mundo, nisi s. GREGORIUS

- MAGNUS. quidam flores in campo? vita enim in carne, flos in feno est. Lib. 11, *Moral.*, cap. 26, super illud *Job.* 14: *Quasi flos egredietur*.
5. HIERON. 40. Nasci de adulterio, non ejus culpa est qui nascitur, sed illius qui generat. Epist. 15, ad *Pammach.*
41. Jam captus est morte, qui natus est: testes aut mortui, cum non negant se morituri: ubi cum initio nominatur et finis, initium nostrum cum fine suscipimus. Epist. 6, ad *Amicum*.
- HUGO CARD. 42. Nativitas immunda est, vita perversa, mors periculosa. Super III *Reg.*, cap. 3.
43. Dolor principium est hominis, labor medium, timor finis. *Ibid.*
44. Homo non tam cito incipit vivere, quam incipit mori. Super *Psaln.* LXXXIII.
45. Homo in poena nascitur, et in poena moritur, et ideo in poena vivere debet. Super *Isai.*, cap. 30.
5. INNOC. III 46. Mulier concipit cum immunditia, et foetore; parit cum tristitia, et dolore; nutrit cum angustia, et labore; custodit cum instantia, et timore. Lib. 1, de *Contemptu mundi*, cap. 6.
47. Homo nudus egreditur, et nudus regreditur: pauper accedit, et pauper recedit. *Prose.*
48. Si quis autem indutus egreditur, attendat quale proferat indumentum, turpe dictu, turpius auditu, turpissimum visu, fedam pelliculam, sanguine cruentatam. *Ibid.*, cap. 7.
5. JOANNES CHRYSTOST. 49. Si quis e meretrice aut adultera sit natus, si propria virtute decoretur, parentum suorum non decoloratur opprobriis. *Prose.*
50. Non est ex virtute, nec ex vitio parentum, ut quis sit virtute praeditus, aut pravus, aut obscurus, aut clarus, sed ex propria virtute. Homil. 3, super *Matth. Oper. perf.*
51. Inopes nascimur in hac vita, inopes recessuri sumus de hac vita. Lib. 2, de *Sum. bono*, cap. 41, sent. 8.
5. ISID. HISP. 52. Hominem nimis imbecillum et fragilem nasci, quam caetera animalia nascuntur, certum est: et hominem nudum et inermem, tanquam ex naufragio in hujus vitae miseria projici et expelli. De *officio Dei*, cap. 8.
- PETRUS BLESSENS. 53. Quanto recessimus longius a Die nativitatis nostrae, tanto propinquiores mortis termino facti sumus. Epist. 141, ad *Gualter. Rothom. archiep.*
5. PROSPER. 54. Vite hujus principium, mortis exordium est: nec prius incipit augeri aetas nostra, quam minui. Cui si quid adjectur spatii temporalis, non ad hoc accedit ut maneat, sed in hoc transit ut pereat. *Prose.*
55. Quod ergo ab initio mortale est, qualibet occidat die, non contra legem mortalitatis occumbit: nec unquam ei vicinus est posse vivere,

quam posse deficere. Lib. 2, de *Vocat. gent.*, cap. 21.

56. Mulier quanto fecundior, tanto arduosior: post singulos conceptus dolor cruciat; post singulos partus, suus cum sanguis fatigat. Lib. 3, super *Genes.*, cap. 22.

57. O necessitas abjecta nascendi, vivenda misera, dura moriendi! Lib. 8, epist. 11, ad *Lupum*.

58. Homicidii festinatio est, prohibere nasci. In *Apol. advers. Gentes*, cap. 9.

SENTENTIE PAGANORUM.

59. Caeteris animalibus partus non laboriosus eveniunt, minus enim cum parturiant, infestari videntur: at mulieribus dolores vehementissimi incidunt, et praecipue stabilibus, et cellulariis, seu otiosis. Lib. 7, de *Histor. animal.* cap. 9.

60. Magis conjunctionum est id, ex quo natum est ipsi nato, quam factum ei quod fecit: est enim ei, ex quo est ortum proprium id, quod ex ipso est ortum. Lib. 8, *Ethic. ad Nicomach.* cap. 12.

61. Nulli cuiquam mortalium a natura tributum est, ut immortalis nasceretur. Sisygia 6, epist. 7, ad *Dionem*.

62. Nulli natura in aeternum spiritum dedit, statutaque nascentibus in finem vitae dies est. *Suasor.* 2.

63. Quisquis ad vitam editur, ad mortem destinatur. De *Consolat. ad Polybium*, cap. 30.

64. Nulli contigit impune nasci. De *consolat. ad Marcium*, cap. 15.

65. Pejores morimur, quam nascimur. Epist. 22.

66. Nilii melius aeterna lex fecit, quam quod unum introitus nobis ad vitam dedit, exitus multos. Epist. 70.

67. Ad virtutem quidem, sed sine virtute nascimur. Epist. 90.

68. Aequat omnes cinis; impares nascimur, pares morimur. Epist. 91.

69. Conditor ille juris humani, non natalibus nos, nec nominum claritate distinguit, nisi dum nascimur. *Ibid.*

70. Cui nasci contigit, mori restat. Epist. 99.

71. Nullum animal ad vitam prodit, sine metu mortis. Epist. 121.

72. Omnes infantes terrae nudos excipit: non pudet fortius nasci, quam vivere? De *moribus*.

73. Non quomodo quisque venit, emittitur, De *remediis fortuitis*.

Vide etiam ut, *Miseria*, sent. 1, 4, 10, 11; *Nobilitas*, sent. 19, 20; *Parentes*, sent. 4; *Peccatum originale*, sent. 30.

NATURA.

Etymologia. Inde natura dicta est, quod illa nata sit et existat. De *desinit*.

RUPERTUS ABBAS.

S. SIDONIUS EPISC. TESTULLI.

ARISTOTEL.

PLATO.

SENECA.

S. ATHANAS. MAGNUS.

S. THOMAS
AQUINAS.

Nomen naturæ a nascendo dictum est, ut dicitur natura quasi nascitura. Part. 3, *Summa*, quæst. 2, art. 4.

SENTENTIA PATRUM.

S. AMBROS.

1. Si quid in natura vitii, est, emendat industri; aut ars desit, non desit correctio. Lib. 4, *Offic.*, cap. 18.

2. Naturæ effigies, formula disciplina, forma honestatis est. *Ibid.*, cap. 49.

S. ANASTAS.
PATRIARCH.

3. Secundum naturam, est matrimonium; contra naturam, fornicatio; supra naturam, Christi conceptio et generatio. Lib. *Vie ductis*, cap. 2, de Verbo.

S. ATHANAS.
MAGNUS.

4. Tria sunt, quæ de hominibus prædicantur: secundum naturam, præter naturam, supra naturam. Secundum naturam, est matrimonium; præter naturam scortatio, supra naturam virginitas; secundum naturam, sunt opes juste acquisite, præter naturam avaritia, supra naturam inopia; secundum naturam, est temperantia, præter naturam crapula, supra naturam jejuniium; secundum naturam, est pax, præter naturam tumultus, supra naturam inimicorum dilectio. In *definitionibus*.

S. AUGUST.

5. Quod perfectioni naturæ deesse perspexeris, id voca vitium. Lib. 3, de *Lib. Arbit.*, cap. 14.

6. Hoc omnes naturæ a Deo habent, quod naturæ sint: et in tantum vitiosæ sunt, in quantum ab ejus a quo factæ sunt, arte discedunt. *Ibid.*, cap. 15.

7. Natura perfecta non solum nulla vituperatione, sed etiam laude in suo genere digna est. Lib. 3, de *Liberi arbit.*, cap. 14.

8. Nulla res obtinet integritatem naturæ suæ, nisi in suo genere salva sit. De *vera Relig.*, cap. 18.

9. Omnis natura etiam vitiosa est, in quantum natura est, bona est: in quantum vitiosa est, mala est. In *Enchiridio*, cap. 13.

10. Nulla culpa motus deprehendi potest, ubi natura necessitasque dominatur. Lib. 3, de *Lib. arbit.*, cap. 1.

11. Quisquis naturæ sua male utitur, malus esse judicatur. De *Spiritu et anima*, cap. 42.

12. Pari civis terronæ civilitatis, peccato vitiatæ natura: celestis vero civilitatis civis parit, a peccato naturam liberans gratia. Lib. 15, de *Civiti. Dei*, cap. 2.

13. Nullum vitium ita contra naturam est, ut naturam deleat etiam extrema vestigia. *Ibid.*, lib. 19, cap. 12.

14. Natura corrupta, in quantum natura est, bona est: in quantum corrupta est, mala est. De *Natura boni*, cap. 4.

15. Omnis natura quæ minus bona fieri potest,

bona est: et omnis natura dum corrumpitur, minus bona fit. Lib. 3, de *Lib. arbit.*, cap. 13.

16. Quæcumque natura cum vitio ad eam quæ sine vitio est, ut corrumpat, accedit: eo ipso non accedit æqualis, sed infirmitior vitio suo. *Ibid.*, cap. 14.

17. Quia vitium naturæ adversatur, tantum additur malitia vitiorum, quantum naturarum integritati minuitur. *Ibid.*

18. Contra naturam quidquid est, naturæ adversatur, et eam perimere nititur. De *Morib. Monach.*, cap. 2.

19. Nulla natura malitia, sed quod contra naturam est, id erit malum. *Ibid.*

20. Nulla est Deo natura contraria. *Ibid.*, cap. 1.

21. Quia diabolus naturam nostram doceperat, dignatus est Dei Filius ipsam naturam nostram suscipere, ut de ipsa diabolus vinceretur. De *Ayone Christ.*, cap. 1.

22. Natura sua voluntate depravata, recursum per semetipsam non habet, sed per Dei gratiam, quæ adjuvat et instauratur. Lib. 9 de *Genesi ad lit.*, cap. 18.

23. Natura humana etiam in illa integritate in qua condita est permaneret, nullo modo seipsam Creatore suo non adjuvante servaret. Epist. 106.

24. Natura humana præstantior est pecoribus, etiam in ipsis peccantibus. Lib. 7 de *Genesi ad lit.*, cap. 26.

25. Nulla natura est, quæ non sit ex Deo. Lib. 2 de *Lib. arb.*, cap. 20.

26. Ut natura sit, ex eo habet, quod a Deo facta est: ut autem ab eo a quo facta est deficiat, ex hoc quod de nihilo facta est. Lib. 14 de *Civiti. Dei*, cap. 13.

27. Natura nec plene atque perfecte beata erit, nisi adepta quod expetit. *Ibid.*, cap. 25.

28. Natura est, in qua nullum malum est, esse autem natura, in qua nullum bonum sit, non potest. *Ibid.*, lib. 19, cap. 13.

29. Sicut non impossibile fuit Deo, quas voluit institere naturas: sic etiam non est impossibile in quidquid voluerit, quas iustitia instituit, mutare naturas. *Ibid.*, lib. 21, cap. 8.

30. Deus hominis naturam quodammodo modum inter Angelos bestiasque condidit. *Ibid.*, lib. 12, cap. 21.

31. Omnis natura vel Deus est, vel ex Deo est. Lib. 2, de *Anima et orig.*, cap. 3.

32. Malum oriri non potest, nisi ex natura: nec ubi sit habet, nisi fuerit in natura. Lib. 3, contra *Julian.*, cap. 24.

33. Natura hominis primitus inculpata, et sine ullo vitio creata est: natura vero ista hominis,

qua unusquisque ex Adam nascitur, jam medico indiget, quia sana non est. De *Natura et gratia*, cap. 3.

S. BASILIUS
MAGNUS.

34. Quanto natura vegetior, ac calidior fuerit, tanto melior. In *constit.*, cap. 2.

S. BERNARD.

35. Naturæ industria in nobis non dormitat: grande profecto in nobis dotam naturæ ipsa est. Serm. 83, super *Cant.*

BOETIUS.

36. Si quod naturæ satis est, replere indigentiam velis, nihil est quod fortunæ affluentiam petas: paucis enim nimisque natura contenta est. Lib. 2, de *Consolat. Philos.*, prosa 5.

CASSIODOR.

37. Quid humana natura pauperius, quæ nihil idoneum de se habere cognoscitur? Super *Psal.* xxx, vers. 13.

S. EPHREM.

38. Aeris instar est natura humana, multa cura indigens. Serm. ad *Fratre*.

S. GREGOR.
NAZ.

39. Natura generositas per avaritiam est dissecta, cum legem ad potentias subsidium assumpsisset. Orat. 17, de *Paupert.*

40. Natura ipsa ad omne, quod ei domesticum est, benignè se habet. Orat. 24, de *Seipso*.

41. Quæ ad naturam ductum sunt, plerumque bene succedunt: quæ vero præter naturam præsumuntur, frustra tentantur. Epist. 57, ad *Eulochiæ Rhetor.*

S. GREGOR.
TAHERAT.

42. Repugnante natura, inania omnia sunt. Et hab. quod D. Joan. Damasc., lib. 3, *Parall.*, cap. 104.

S. JOHANNES
CHRYSOST.

43. Negligens est humana natura, et deliciis gaudet, et relaxationes querit. Homil. 10, super *Gen.*

44. Potentior quam natura, non eget naturæ ministerio. *Ibid.*, homil. 28.

45. Naturæ humanæ hæc conditio est, ut difficilius nonnunquam superat, succumbat in minoribus. Homil. 51, super *Matth. Oper. imperf.*

46. Quid miseris natura humana? Omne animal potest amare quod sibi intelligit bonum, et odire quod intelligit malum: solus homo quod intelligit malum amare cogitur, et odire quod intelligit bonum, quia duas habet in se adversantes naturas: quod carni placet, animæ displicet: et quod animæ placet, carni displicet. Homil. 43, super *Matth. Oper. imperf.*

47. Natura ærta est, et laboriosa, nostra autem electione levis spe futurorum. Homil. 87, super *Joen.*

48. Naturæ leges pervertite, summæ temeritatis est. Homil. 26, super 1 *Cor.*

49. Res est subito inclinans, et omnigenis casibus quam maxime obnoxia, hominum natura. *Ibid.*, homil. 30.

50. Nihil est natura violentius. Homil. 3, super 11 *Cor.*

51. Quod natura negat, nemo feliciter audet. De *perfect. cordis*, part. 2.

52. Sæpe natura moribus immutatur, sæpe natura consuetudine superatur. Lib. 2, de *Synonym.*, cap. 12.

53. Natura mutabilis, et de peccati labe mortalitas, in quantum est passibilis, in tantum est ad deteriora proclivis. Serm. 7, de *Jejun. decimi mensis*.

54. Natura nostra, manente adhuc mortalitate mutabilis, etiamsi ad summam quæse studio provehatur, semper tamen sicut potest habere quo crescat. Serm. 2, *Quadrages.*

55. Natura est incipiens a vilissimis, ut desinat in præstantissima omnium. Lib. de *Mundi opific.*

56. Durum est adversari naturæ. De *sacrific. Abel.*

57. Hominum natura mortalis, virtutum natura immortalis est. Lib. de *Abrahamo*.

58. Cum natura pugnare, difficile est. *Ibid.*

59. Naturæ ordo, lex est dubio præcæl antiquissima omnium. De *Abrahamo*.

60. Sordet natura, sine gratia. Epist. ad *Rufin.*

61. Natura ad inferiora demissa, varietatem induit. In *Eneacio calviti.*

62. Omnis natura ad defraudationem aut enormitatem rescinditur, proprietate mensura conservatur. De *Anima*, cap. 43.

63. Natura callida est, et multos trahit, illaqueat et decipit, et se semper pro fine habet. Lib. 3, de *Imit. Chr.*, cap. 54.

64. Natura invile vult mori, nec premi, nec superari, nec subesse, nec sponte subjugari. *Ibid.*, cap. 54, sect. 2.

SENTENTIA PAGANORUM.

65. Nihil præter naturam est sempiternum: id enim quod est præter naturam, posterius est eo, quod potius sit et melius. De *comuni animal. gressu*.

66. Cum natura nihil supervacaneum, nihil frustra facere soleat, constat nec prius, neque posterius, quam usus exigat, ab ea effici quiddam. Lib. 2, de *generat. animal.*, cap. 4.

67. Omne quod præter naturam fit, laborem doloremque movet. Sect. 5 *Problem.*, quæst. 19.

68. Quo præter naturam fiunt, hæc facta sunt difficilia. *Ibid.*, sect. 5, quæst. 32.

69. Quod contra naturam est, id maxime et imbecillum esse ratio postulat. *Ibid.*, sect. 10, quæst. 50.

70. Natura querit non solum in negotio recte, verum etiam in otio laudabiliter posse versari. Lib. 8, *Polit.*, cap. 3.

JOANNES
GERSON.S. ISIDORUS
HISPAL.

S. LEO 1.

PHILO JUD.

S. PROSPER.
de Lib. arb., cap. 1.S. SYNESIUS
EPISC.

TERTULL.

THOMAS A
KEMPIS

ARISTOTEL.

- CICERO.** 71. Omnis natura vult esse sui conservatrix, ut et salva sit, et in genere conservetur suo. Lib. 4, de *Fonib.*, num. 16.
72. Est natura sic generata vis hominis, ut ad omnem virtutem percipiendam facta videatur. *Ibid.*, lib. 5, num. 43.
73. Blanda, conciliatrix, et quasi sui esse lena natura. Lib. 4, de *natura deorum*, num. 77.
74. Neque altinet naturæ repugnare, neque quidquam sequi, quod assequi nequeas : ideoque nihil deest adversante et repugnante natura. Lib. 4, de *Offic.*
75. Nihil habet natura præstantius, nihil quod magis expetat, quam honestatem, quam laudem, quam dignitatem, quam decus. Lib. *Offic. Tusc. quest.*
76. Multo firmior est et constantior natura, quam fortuna. Lib. 4, *Offic.*
77. Natura nihil solitarium amat, sed semper ad aliquod tanquam adminiculum amittitur. De *Amicis.*
- SENECA.** 78. Rem facillimam secundum naturam suam vivere, difficilem facit communis insania. Epist. 41.
79. Nemo difficilem ad naturam reducit, nisi qui ab illa defecit. Epist. 50.
80. Qui se ad id quod natura exigit, composuit; non tantum extra sensum est paupertatis, sed et extra metum. Epist. 119.
- Vide etiam tit. *Cognitio Dei*, sent. 1; *Esse*, sent. 25; *Gratia*, sent. 46; *Jus*, sent. 1; *Medium*, sent. 21; *Miraculum*, sent. 12; *Ordo*, in genere, sent. 48.
- NECESSITAS.
- COLLECTOR.** *Etymologia.* Necessitas dicitur quasi Ne cesset entitas.
- Definitio.* Necesso est quod vi aliqua fieri opus est.
- Divisio.* Triplex est necessitas; alia coactionis, alia opportunitatis, alia conditionis. Super *Psal.* xciii.
- SENTENTIE PATRUM.
- S. AMBROS.** 1. Ubi necessitas, ibi obsequium necessitatis; melior ergo voluntas, quam necessitas. Lib. 2, epist. 7, ad *Simplicianum*.
2. Nihil tam necessarium, quam cognoscere quid non sit necessarium. Lib. 40, epist. 82, ad *Vercellensem Eccles.*
3. Necessitas que invito imponit obsequium, affert plerumque festidium. Lib. 5, *Hexam.*, cap. 15.
- S. AUGUST.** 4. Quis est, qui non in cibo rapiatur aliquando extra metas necessitatis? Lib. 10, *Conf.*, cap. 31.
5. De necessitatibus meis erue me. Tunc finiantur isto necessitates, quando vincuntur ille cupiditates. Epist. 70, ad *Bonifac.*
6. Felix est necessitas, que in meliora compellit. Epist. 45, ad *Armentarium*.
7. Nulla culpa motus deprehendi potest, ubi natura necessitasque dominatur. Lib. 3, de *Lib. arbitr.*, cap. 1.
8. Necessitate vivimus, necessitate morimur. *Ibid.*, cap. 3.
9. In omnibus quibus utitur transitura necessitas, supereminet que permanet charitas. In *Regula* 3, ad *clericos*.
10. In genere humano dura necessitas est, necire cor alterius, male sentire plerumque de amico fideli, bene sentire plerumque de amico infideli, o dura necessitas! *Prosec.*
11. Magna est necessitas, non cor tum vides, quale erit cras : quid dicam de necessitatibus ipsius mortalitatis? mori necesse est, et nemo vult quod necesse est, nemo vult quod erit, velis nolis, dura necessitas! nolle quod non potest evitari, Super *Psal.* xxx, conc. 1, vers. 9.
12. Ferenda est magis omnis necessitas, quam perpetranda est aliqua iniquitas. Super *Psal.* lxxii, vers. 7.
13. Omnium actionum humanarum mater, est necessitas. Super *Psal.* lxxxiii, vers. 5.
14. Recedente necessitate, omnia negotia necessitatis interdicant necesse est. Super *Psal.* cxli.
15. Fui in necessariis natus, postea in spontaneis volutus. In *Meditat.*, cap. 39.
16. Ubi nulla adversitas turbat, ibi nulla necessitas angustat. De *Confictu vitior.* et *virt.*, cap. 26.
17. Facile curatur vulneribus peccatorum, qui necessitatem curaverit pauperum. Serm. 1, *Fer. 3, post Dom.* 2, *Quadrag.*
18. Primum impedimentum nostrum et occupatio gravis est ipsa necessitas huius miseri corporis. Serm. 1, *Septuag.*
19. Bonum magis necessitas quam voluptas : cumque utraque res citius transeat, altera penam habeat, altera sit paritura coronam. Serm. 17, super *Qui habitat*.
20. Res necessaria est necessitas, que coronam parit, et in gloriam vertitur. *Ibid.*
21. Necessitas multorum est virtus paucorum : paucorum, inquam, paucorum, præsertim nobilium. Epist. 113, ad *Sophiam virgin.*
22. Laudo factam de necessitate virtutem; sed plus illam, quam eligit libertas, et non indicit necessitas. *Ibid.*
23. Amicus in necessitate probatur. Epist. 128, ad *Gaufridum*.
24. Felix necessitas, que cogit in melius. De *Præcepto et dispens.*
25. Perfectus carere et necessariis paratus est. In *Præfat.*, vite *S. Malachie*.
26. Necessitas, quam non ratio postulat, sed

- voluptas ostentat, extincti Spiritus signum est manifestum. In suis *Opusc.*, collat. 40, de *Necessitatibus*.
- FRANCISCUS ASSISIENSIS.** 27. Indigentia ipsas necessitatis non patienter ferre, nihil aliud est, nisi Ægyptum repetere. *Ibid.*
28. Difficile est necessitati corporis satisfacere, et proutati sensuum non parere. In suis *Opusc.*, apophthegm. 11.
- GILBERTUS FORRETT.** 29. Est obsequendi necessitas jure conditionis; sed necessitatem ignorat libertas dilectionis. Serm. 49, super *Cant.*
- VLOSS. DEC.** 30. Tempore necessitatis omnia sunt communicanda. In *Decretis Gratiani*.
- S. GREGORIUS MAGNUS.** 31. Omnis necessitas non incongrue ferrum vocatur, quia vitam inopis meroris vulnere cruciat. Lib. 15, *Moral.*, cap. 14.
32. Cum nature necessitatibus plusquam expedit deservitur, mentisque cura negligitur, ex miseria negligentie infirmitas additur squallor culpe. *Ibid.*, lib. 20, cap. 15.
33. Necessitates naturales hoc habere valde periculosum solent, quod sæpe in eis minime discernitur quid circa illas per utilitatis studium, et quid per voluptatis vitium agatur. *Ibid.*
34. Necessitas causam in usum voluptatis vertere, quod est aliud quam calamitati suæ squalloribus miseria sociare? *Ibid.*
35. Plus concupiscentia, quam necessitas petit. Homil. 49, super *Ezech.*
- S. EBERGON.** 36. Probat necessitas quid possint, quos securus ante coluisti. Lib. 4, super *Hierem.*, cap. 11, super. illud : *Ubi sunt dii tui*.
37. Quidquid necessitate fit, cito solvitur : quod voluntate arripitur, perseverat. Lib. 2, super *Oseam.*, cap. 7, super illud : *Omnes adulterantes*.
38. In imperfectis suis semper voluptas appetit, quam necessitas. Super *Regul. D. Aug.*, cap. 8.
39. Terrenis rebus ad necessitatem vii, corporis medicina est. *Ibid.*, cap. 9.
40. Necessitas tanta vi adstringitur, ut quod necesse est, etsi nolis, præterire non possis. Serm. de *Moyse*.
41. Magistra quedam optima est, necessitas paupertatis. Homil. 5, de *Fide Annae*.
42. Magis necessaria, minus necessariis sunt præferenda. Homil. 44, super *Acta Apost.*
43. Veri philosophi ultra necessitatem nihil expetunt. Homil. 34, super *I Cor.*
44. Omne quod ex necessitate fit, minuit mercedem. Homil. 49, super *II Cor.* in illud ix : *Hilarem datorem*.
45. In necessariis nihil ultra usum inquirere permittitur : in spiritualibus autem, magnam abundantiam fieri consulerit. *Ibid.*, homil. 20.
46. Quando in extremis necessitatibus existens
- Tom. III.
- tes gratias agimus, tunc præclarum est. Homil. 8, super *Epist.*, ad *Coloss.*
47. Noli plus concupiscere, quam exigit necessitas, ne totum amittas. *Prosec.*
48. Quod superest, reseca, ut necessariis dilectas. Homil. de *Averit.*
49. Infer necessitatem et necessitudinem hoc interest : quod necessitas vim significat, necessitudo conjunctionem sanguinis aut animi. Lib. 4, de *Differ.*, diff. 155.
50. Honestum est ac laudabile, intra necessitatis terminos se continere, eosque minime transire. *Prosec.*
51. Si quis enim cupiditate ductus, ad ea que in vita jucunda sunt paulisper deflexerit, nulla deinde ratione retineri poterit, quin minus ad ulteriora progrediatur.
52. Cum enim usui ac necessitati præscriptos fines excesseris, nullus amplius terminus invenitur, sed omnia vasta atque infinita.
53. Qui semel naturæ necessitatis terminos transierint, in vita solutiore liberius progrediuntur. In *Libro ascetico*.
54. In rebus tantum necessariis esse salus, in superfluis laqueus, in mediocritate Dei gratia, in divitiis diaboli catena. Lib. 2, ad *Eclesiam. Catholic.*
55. Vehemens quædam res est ac violenta, necessitas. In *Catastasi*.
56. Necessitas non subditur legi. 4, 2, quest. 96, art. 6.
57. Si venerit tibi cogitatio pro carnali necessitate, et tangit te semel et tertio, non audias. In *Sent. in fine positus*, sent. 70.
- SENTENTIE PAGANORUM.
58. Necessaria ut fiant, arbitri nostri non est, sed tanquam ex divina quadam aut humana necessitate omnino fiunt. De *Rhetorica ad Alexandr.*, cap. de *Genere deliberativo*.
59. Danda est opera, ut omnes intelligant, si salvi esse velint, necessitati esse parendum, non voluptati. Lib. 2 *Offic.*, num. 74.
60. Necessitati qui probe se accommodat, sapit, estque rerum divinarum conscius. In suo *Enchirid.*, cap. 78.
61. Non minus honestas, quam necessitas valet. Lib. 4, epist. 10, ad *Sabunum*.
62. Necessitas magnum humane infelicitatis patrocinium est. Lib. 4, controvers. 27.
63. Desinit premium esse, cui necessitas jungitur. Lib. 2, controvers. 7.
64. Acerrima virtus est, quam ultima necessitas extundit. Lib. 4, de *Clement. ad Neron.*, esp. 12.
65. Excusit necessitas quidquid pax otiosa collegit. Epist. 49.
- S. ISIDORUS HISPALENSIS.
- S. NILUS AB. MART.
- S. NILUS.
- SALVIANUS.
- S. SYNESIUS EPISC.
- S. THOMAS AQUINAS.
- IN VITIS PATR.
- ARISTOTEL.
- CICERO.
- EPICTETUS.
- PLINIUS II.
- SENECA.

66. Effugere non potes necessitates? potes vincere. *Epist. 37.*
67. Simpli cura constant necessaria, in deliciis laboratur. *Epist. 90.*
68. Sufficit ad necessitatem id quod natura poscit. *Ibid.*
69. Inter reliqua hoc nobis natura præstitit præcipuum, quod necessitati fastidium excussit. *Epist. 119.*
70. Quidquid ex necessitate desideratur, sine fastidio sumitur. *Ibid.*
71. Fer quod necesse est, sicut necesse est. *Sent. 111.*
72. Quod fieri necesse est, voluntarie sacrificato. *Ibid., sent. 375.*
73. Rebus mundanis in causis tantum necessariis utere. *Ibid., sent. 16.*
74. Humane imbecillitatis efficacissimum duramentum est necessitas. *Lib. 12, Dictor memorabil., cap. 2.*
- Vide etiam tit. *Appetere, sent. 39; Episcopus, sent. 74; Fastidium, sent. 29, 23; Fatum, sent. 11; Misericordia in genere, sent. 139; Mandus, sent. 85; Negotium, sent. 19; Nutrimentum., sent. 34, 35; Providentiæ Dei, sent. 45; Salus anime, sent. 2; Voluptas, sent. 40.*

NEGARE DEUM.

SENTENTIE PATRUM.

- S. ALBERT. 1. Pro quoacumque quis Creatori suo renuntiat, sive sit peccatum, sive res alia, illud veraciter pro idolo in mente portat. *De Paradiso anime, part. 2, de Vitis, cap. 14, sect. 1.*
- S. ANDROS. 2. Petrus tentatus est, ut negaret: negavit, ut fletet. *Lib. 4, super Luc., cap. iv, in illud: Diabolus recessit ab illo.*
3. Deum negant affectibus, quem vocibus solis confitentur. *Ibid., lib. 9, cap. xix, in illud: Hosanna filio David.*
4. Negavit primo Petrus et non flevit, quia non respexerat Dominum. *Prose.*
5. Negavit secundo, non flevit, quia adhuc non respexerat Dominum.
6. Negavit et tertio, et respexit Jesus, et illuc amarissime flevit. *Ibid., lib. 10, cap. xxii, in illud: Nescio quid dicas.*
7. Nihil mihi nocuit quod negavit Petrus, profuit quod emendavit. *Ibid.*
8. Imitare Petrum: quia tertio negaverat, tertio confitetur: sed negavit in nocte, confitetur in die. *Ibid.*
9. Negat veracem Deum, qui non credit Deum dedisse quod promisit. *Super Epist. ad Rom., cap. 1, in illud: Es fide in fidem.*
- S. AUGUST. 10. Si ipse Petrus ex egregio presumptore, tam

creber negator effectus est, amare flevit. *Epist. 120, ad Honoratum, cap. 14.*

11. Etiam negat Christum, qui ore deprimit quod corde non credit. *Contra mendacium, cap. 6.*

12. Fac confitendo propitium, quem negando non facis nescium. *Super Psalm. lxxv, vers. 1.*

13. Petrus, qui audacious sequens erat Christum, ita adhuc longe erat ut interrogatus et perturbatus, ter negaret Dominum, cum quo se moriturum esse promiserat. *Prose.*

14. Qui postea ex longinquo ut propinquus fieret audivit post resurrectionem, Amas me? et dicebat, Amo: et dicendo propinquabat, qui negando longe factus erat, donec trina voce amoris solveret trinam vocem negationis. *Super Psalm. xxxvii, vers. 12: De longe steterunt.*

15. Timore Petrus ter negavit, et postea accepto Spiritu sancto inter flagella principum confessus est quem negaverat. *Super Psalm. xc, conc. 2, vers. 12.*

16. Quanta vila est confiteri Christum, tanta mors est negare Christum. *Prose.*

17. Qui hominem Christum negat, Christum negat, et hoc in eo negat quod factus est propter nos, ne periret quod fecerat nos.

18. Qui ita confitetur Christo Deum, ut hominem neget, non pro illo mortuus est Christus, quia secundum hominem mortuus est Christus.

19. Qui negat hominem Christum, non reconciliabitur per mediatorem Deo: unus enim Deus, et unus mediator Dei et hominum, homo Christus Jesus.

20. Qui negat hominem Christum, non justificabitur.

21. Qui negat hominem Christum, non resurgit in resurrectione vite.

22. Qui negat hominem Christum, non est in corpore Christi: qui enim caput negat, quomodo est membrum? *Tract. 66, Super Evang. Joan., cap. xii, in illud: Donec ter me neges.*

23. Ecce columna firmissima ad unius auro impulsus, tota contemnit. *Prose.*

24. Ubi est illa promittentis audacia, et de se plurimum presumentis? Ubi sunt verba illa, quod ait: Quare non possum te sequi modo, animam meam pro te ponam?

25. Hocine est sequi magistrum, se negare discipulum? Sicine pro Domino anima ponitur, ut hoc ne fiat, vox ancillule formidetur?

26. Non solum abnegat Christum, qui dicit eum non esse Christum, sed ille etiam qui cum illi, negat se esse christianum.

27. Petrus ergo negavit Christum: cum se negavit ejus esse discipulum, quid aliud est quam se negare esse christianum?

28. Qui ergo se Christi negavit esse discipulum, ipsam rem negavit, cujus nomen est vocari christianum.

29. Petrus si negato Christo hinc iret, quid aliud quam periret? *Ibid., tract. 113, cap. xvii.*

30. Reddidi negationi trina trina confessio, ne minus amori lingua serviat, quam timori. *Ibid., tract. 123, cap. xxi.*

31. Erubescere, erubescere, hæretice: negavit Petrus et reversus est, et flendo delavit quod timore negavit. *De Tempore barbarico, cap. 8.*

32. Petrus ab ancilla proditus, Christum negat: malleum Petrum Dominum negasse, quam Judam Dominum vendidisse. *Serm. 1, Fer. 2, post Dom. Palmar.*

33. Negat Petrus territus Christum, qui se promiserat animam pro eo posituram; sub ancilla cepit pondere submergi, atque demergi. *Prose.*

34. Videns navim cordis sui sine mercibus nudam, flere cepit amare, quia Dominum suum cepit amare. *Serm. 2, Fer. 3, post Dom. Palmar.*

35. Qui rumpit propositum suum, Christum negat. *Serm. 60, ad Fratr. in eremo.*

36. Multi quantalibet severitia crudelitatis occidi, quam Christum negare maluerunt. *Lib. 22, de Civit. Dei, cap. 6.*

37. Si accedere est credere, qui credit accedit, qui negat recedit. *Tract. 48, super Joan. Orat. 17.*

38. Petrus facti penitentia negationis facilitatem extinxit, et lacrymarum undis culpam eluit. *Orat. 17.*

39. Deum sicut pium est colere, sic impium est abnegare. *Serm. 11, de Paris sermonibus.*

40. Iterat Petrus negationem, quia malorum non deseruit societatem. *Super Luc., cap. xxii, in illud: Et post pusillum alius videns eum.*

41. Ideo ter permixtus est Petrus Christum negare, ut ostendatur, quod tripliciter offendimus Dominum, scilicet corde, ore, et opere. *Ibid., in illud: Donec ter abneges nosse me.*

42. Qui negat se esse christianum, vita vel factis negat Christum. *Super Joan., cap. xviii, in illud: Et erat Petrus cum eis.*

43. Quam noxia sunt pravorum eloquia, quæ cogunt Petrum negare Dominum, vel hominem se nosse, quem inter discipulos confessus fuerat esse Filium Dei. *Super Luc., cap. xxii.*

44. Permissit Dominus Petrum se negare, ut confundatur Marcion, ut nemo de se presumat. *Ibid.*

45. O quot cum Petro quotidie negant Christum! si non ore, tamen opere: et non tantum ter, sicut Petrus, immo milies facinoribus suis Christum negant, et tamen cum Petro non flevit. *Serm. 3, Dom. 4, post Pascha.*

46. Qui Catholicis regulis non acquiescit, iste in corde suo negat Deum. *Super Psalm. lvi, vers. 2.*

47. Putasne tu Dominum cito posse placari, quem verbis perdidisti abnuisti? *De Lapsis, cap. 13.*

48. Christum negat, qui mortaliter peccat. in *Gloss. Dec. Decretis Gratiani.*

49. Divitiis servire, Deum negare est. *Super Gloss. Ord. Math., cap. vi, in illud: Non potestis servire.*

50. Filium Dei negant, qui eum non suis, sed alienis viribus operari putant. *Ibid., cap. xxi.*

51. Noxia pravorum colloquia cogunt Petrum negare Christum, vel hominem se nosse, quem confessus est inter discipulos Dei Filium. *Ibid., cap. xxvi, in illud: Non novi hominem.*

52. Hæreticus et si nomen Christi non negat, Christum tamen negat, qui non omnia quæ Christi sunt, confitetur. *Super Luc., cap. xi.*

53. Qui veritatem pro pecunia negat, vel falsum testimonium contra aliquem dicit, Deum negare probatur. *In Decret., caus. 11, quest. 3, can. Unctique, § Hic.*

54. Una mulieris voce perensus Petrus, dum morti timuit, vitam negavit. *Hom. 30, super Evang. s. GREGOR. MAG.*

55. Petrus negavit in terra, quem suspensus latro confessus est in cruce. *Ibid.*

56. Ipsum beatum Petrum apostolorum principem, lapsum esse cognovimus, sed post negationem penitentia secuta est: post vero penitentiam, misericordia data est; quia postea ab apostolatu eum non expulsi, qui ante quidem ipsum se negaturum prædixerat. *Lib. 7, in Registro, indict. 2, cap. 53, epist. 53, ad Secundianum.*

57. Negat fontem sanctificationis Spiritum sanctum, qui eum privat potestate sanctificandi. *In Exposit. 2, fidei.*

58. Quare Dominus tam dilectum discipulum, in tam grave facinus cadere permisit, ut Dominum ac magistrum suum ad vocem unius ancillæ negaret? *Prose.*

59. Sciendum, quia providentissima dispensatione Domini hoc factum est, ut quem cunctæ Ecclesie præferre disposuerat, semetipsum negare permitteret, ut ex sua fragilitate disceret aliis peccantibus qualiter misereri debuisset. *Serm. in die Pascha.*

60. Petrus trinam negationem, trina confessione delavit. *Epist. 30, ad Oceanum.*

61. Petrus trinam negationem, amaritudine abluit lacrymarum. *Epist. 46, ad Rustic.*

62. Petrus in atrio Caiphas sedens, non poterat agere penitentiam: egreditur foras de impiorum consilio: ut pavida negationis sordes amarum flentibus lavet. *Lib. 4, super Math., cap. xxvi, super illud: Et egressus foras.*

CASSIODOR.

S. CYRILLUS.

GLOSS. DEC.

GLOSS. ORD.

GLOSS. INT.

GLOSS. ORD.

GRATIANS.

S. GREGOR.

MAG.

S. GREGOR.

TAUM.

HAYMO.

S. HIERON.

63. Existimant quidam in eo tantum Deum negari, si in persecutione quis comprehensus, se confiteri renuerit esse christianum. *Prosec.*

64. Esse apostolus, in omnibus quae perversa sunt, factis Deum assertit negari.

65. Christus sapientia est, iustitia, veritas, sanctitas, fortitudo: negatur per insipientiam sapientia, per iniquitatem iustitia, per mendacium veritas, per turpitudinem sanctitas, per imbecillitatem animae fortitudo. Habet in *Decret. Gratiani*, part. 2, causa 11, quaest. 3, can. *Existimant*.

66. Quotiescumque vincimur a vitiis atque peccatis, toties Deum negamus. *Ibid.*

S. HILARIUS. 67. Quisquis Christum, qualis ab apostolis est praedicatus, negat, antichristus est. Lib. *contra Arianos et Auxentium*.

HUGO A S. VICTORE. 68. Ter Petrus Christum negasse dicitur, et ne desperet, ter iterum amet Christum, a Christo Petrus interrogatur. *Prosec.*

69. Amas, amas, amas? Amo, amo, amo: Pasce, pasce, pasce. Amas Patrem, amas Filium, amas Spiritum sanctum? Amo, amo, amo; corde, ore, et opere. Pasce, pasce, pasce: vita, doctrina, et exemplo. Lib. 4, de *Claustro anim.*, cap. 6.

HUGO CARD. 70. Qui adorat creaturam, negat creatorem. Super *Job*, cap. xxxii.

71. Deum negat, qui ab eo non recognoscit quidquid habet boni. *Ibid.*, cap. 31.

72. Quidam Deum negant corde, quidam ore, quidam opere. Super *Psal.* xlii.

73. Negatio praeposita, totum negat. Super *Psal.* xxxv.

S. IRENEUS. 74. Qui negat, quoniam Jesus non est Christus, hic est antichristus. Lib. 3, *advers. Haeres.*, cap. 18.

S. ISIDORUS HISPALENSIS. 75. Petrus ad metum interrogantis ancillae, Christum negavit: unde et post peccatum amarissime levit. Lib. 2, de *Sum. bono*, cap. 47, sent. 3.

S. LAURENTIUS JUSTIN. 76. Toties anima Christum negat, quoties carnis subternitur voluptati. De *triumphali Christi egone*, cap. 9.

S. LEO I. 77. Vere reatus negationis incurritur, quando bonum quod in sono vocis auditur, in conscientia non habetur. Serm. 6, *Egyptian.*

78. Felices, sancte apostole, lacrymae tuae, quae ad diluendam culpam negationis, virtutem sacri habuere baptismatis. *Prosec.*

79. Affuit enim dextera Domini Jesu Christi quae labentem te priusquam deiceris exciperet quae labentem te priusquam cadendi periculo recepisti: vidit in te Dominus non fidem fictam, non dilectionem aversam, sed constantiam fuisse turbatam.

80. Abundavit fletus, ubi non defecit affectus, et fons charitatis lavit verba formidinis. Serm. 9, de *Passione*.

81. Non dicas, Negabo Deum exterius, intus non negabo: erras, si tibi istud persuades. *Prosec.*

82. Si negasti, periisti a Deo, et a consorcio fidelium praecisus, resectusque esse: nec iterum in eorum numerum recipieris, nisi fidem, quam imple abnegasti, ingenue confitearis. In *Canon. vite spirit.*, cap. 14.

83. Cibus diaboli, negatores Dei sunt. *Epist. Paschal.* 2.

84. Qui Christum negat, negabitur a Christo: si negaverimus coram aliis, ipse iudicabit nos in iudicio. Super II *Timot.*, cap. ii, lect. 2.

85. Negat quodammodo Deum, quisquis rationibus humanis Deum metiri conatur. Serm. de *Fide*.

NEGLENTIA.

Etymologia. Negligens dicitur, quasi nec eligens. S. ISID. HISP. Lib. 40 *Etym.*, verbo *Negligens*.

Definitio. Negligentia est animi torpor, qua quis minus diligens est in exequendis officiis sibi commissis. Super *Apocal.*, cap. xvi, vers. 16. Negligentia est debite circumstantiae derelictio in bono opere faciendo. Part. 1, *Centiloquii*, sect. 8.

Negligentia est vitium, quo quis inclinatur nihil aut parum curare de prudentia. Part. 4, in *Descript. terminorum*, cap. *Virtus*.

Negligentia est defectus debite sollicitudinis. 2, quaest. 54, art. 1.

SENTENTIAE PATRUM

1. Quod facit fluctus irruens, hoc et sentina neglecta. Part. 2, tit. 9, de *Acedia*, cap. 3, § 3.

2. Quomodo hinc exhibimus? et ubi discenda sunt, quae hic neglectimus! an non potius hujus negligentiae supplicia luenda sunt? Lib. 6, *Confess.*, cap. 11.

3. Negligentia vituperatio, multo est quam malitia purgatio. Lib. 4, de *Ordine*, cap. 1.

4. Non tibi deputatur ad culpam, quod invitus ignoras, sed quod negligis quaerere quod ignoras. De *Natura et gratia*, cap. 67.

5. Minuta plura peccata, si negligantur, occidunt. *Prosec.*

6. Minuta sunt guttae, quae flumina implent: minuta sunt grana arenae; sed multa arena premit atque opprimit.

7. Hoc facit sentina neglecta, quod facit fluctus irruens: paulatim per sentinam intrat, sed diu intrando, et non exhaerendo, mergit navim. Tract. 12, super *Evang. Joan.*, cap. iii.

8. Negligis quod factus es, diligis quod fecisti: amas extra te opera tua, negligis in te opus Dei. De *Verb. Dom.*, serm. 54.

9. Sicut in unoquoque opere bono, mater est diligentia: ita universae doctrinae et disciplinae noverca, est negligentia. Serm. 16, ad *Fratr. in cremo*.

10. Errat facillime, qui non curat quo rectius pergat. In suis *Proverb.*, verbo *Errat*.

S. BERNARD. 11. Negligentia in graviore periculo, non tam securitatis est, quam desperationis indicium. Serm. 10, super *Qui habitat*.

12. Qui pavet, cavet: qui negligit, incidit. Serm. de *Convers. ad clericos*, cap. 5.

13. Minimorum neglectus, impedimentum est maximorum. Epist. 139, ad *Lotharium imperat.*

14. Neglectus est languor inertiae. De *precepto et dispens.*

15. Status hominis negligentis, est domus ruinosa. Epist. de *Cura et regim. rei familiaris*.

S. BONAV. 16. Per negligentiam prelatorum pereunt multi, qui criminibus et flagitiis vulnerati non sunt. Super *Lament. Hierem.*, cap. ii, in illud: *Quasi vulnerati*.

17. Non est minimum contemnerere minima, que non minimam moribus maculam, eo turpius neglectui habita ingerunt, quo vitari facilius cognita valuerunt. In *Speculo discipl.*, part. 4, *Prolog.*

S. EPHEM. 18. Vir in torpore et negligentia dies suos transigens, seipsum decipit. Ad *Monachos Parvencs* 34.

19. Res nullius momenti, sepe magnorum malorum causa efficiunt: et ex parva negligentia incurrabilia fluit vulnera. De *Perfect. monachi*.

S. EUGEN. LEUDOR. 20. Ad negligentiam vite non nos negligentium turba persuadeat. In *Epist. parent. ad Valerian.*

S. EUSEBIUS EMISSEN. 21. Certum est nos sicut de minimis bonis augeri, ita de minimis negligentis debere compungi. *Prosec.*

22. Non est minimum vitia intra hominem negligere minima. Hom. 8, ad *Monachos*.

GLOSS. ORD. 23. Incepta virtutum munimina, vel improbitate hominum deceptus, vel diaboli persuasione, quisque negligens perdit. Super *Proc.*, cap. xxiv.

GRATIANS. 24. Sic artium in suo quoque opere invenitur mater instantia, ita noverca eruditionis est negligentia. In *Decret.*, part. 1, dist. 83, can. *Nihil*.

S. GREGOR. MAGNUS. 25. Plerumque de bonis per incuriam vitium, mala nascuntur. Lib. 31 *Moral.*, cap. 17, num. 31.

26. Si curare parva negligimus, insensibiliter seducti, aduaciter etiam majora perpetramus. Lib. 10, *Moral.*, cap. 44, super illud *Ecl. xix: Qui modica spernit*.

S. HIERON. 27. Non sunt contemnenda quasi parva, sine

quibus magna constare non possunt. Epist. 7, ad *Latam*.

28. Facilius negligentia emendari potest, quam amor nasci. Epist. 43, ad *Chromatium*.

29. Negligentiae semper excusatio est socia. Epist. 44, ad *Chrysopomum*.

30. Nullus debet esse ibi negligentiae locus, ubi tam praecleara servanda sunt. Epist. 1, ad *Demetriad.*

31. Libertas securitatem, securitas negligentiam, negligentia contemptum parit. Lib. 6, super *Hierem.*, cap. xxxii, super illud: *Qui posuisti signa*.

32. Per stultitiam intrat negligentia, per inertiam manet, per superbiam regnat. Lib. 2, *Miscellan.*, codic. 2, tit. 130.

33. Negligentia cupiditatis desiderio pascitur. *Ibid.*

34. Ingeniosus negligens, justius de negligentia puniatur: et tardus diligens, iucundius de studio coronabitur. Super *Job*, cap. v.

35. Certe nihil est magis amicum iniquitati, quam negligentia. Serm. 2, *Dom. 1. Advent.*

36. Negligentia parit torporem operis. Serm. 1, de *Assumpt. B. M.*

S. JOANNES CHRYSOST. 37. Perditionis nostrae causa nulla alia est, quam negligentia nostra. Lib. 1, de *Compect. cordis*.

38. Causa omnis mali est cor negligens. Super *Prolog. Regulae S. Bened.*, cap. 2, text. 33.

39. Turpissima est iactura, qua per negligentiam fit. In cap. 7, *Regulae S. Bened.*, grad. 4, verbo *Primus*.

40. Nihil deterius incuria mentis. Part. 1, de *Regione claustr.*, tract. 4, reg. 1, art. 8.

41. Nulla negligentia adeo parva est, que non crescat, si contemnatur. De *Vanit. et miser. hum. vite*, cap. 4.

42. Qui magna negligit, minora non admittit. Epist. 17, ad *fratr. Vuithelm*.

S. IRENEUS. 43. Homines in negligentia constituti, infructuosi constituuntur. Lib. 5, *advers. Haeres.*, cap. *Truductis*.

S. ISIDORUS HISPALENSIS. 44. Securitas negligentiam parit, negligentia autem sepe incautum ad vitia transacta reducit. Lib. 2, de *Sum. bono*, cap. 43, sent. 14.

45. Absit negligentia torporis, negligentia enim dissolvit animum. Lib. 2, *Synonym.*, cap. 12.

46. Solertia meliorem sensum reddit, pejorem facit negligentia. *Ibid.*

S. LEO I. 47. Pium est, agere non indicium: impium, negligere praedicatum. Serm. 3, de *Jejun. decimi mensis*.

PET. BLES. 48. Frequenter de majorum negligentia obvium errata minorum. Epist. 95, ad *Henric. reg. Anglor.*

40. Mens per negligentiam paulatim desinit, et usu continuo ad deteriora prolabitur. *Ibid.*, epist. 131, ad *quendam Prior.*
- PET. CELL. 50. Negligentia male olet, diligentia semper bene redolet. Lib. 1, epist. 19, ad *Joannem Episc.*
- THALASSIUS 51. Negligens multis dominis vendundatus est, et versatur ubicunque duxerint. *Hecontiad.* 3, sent. 60.
- THOMAS A KEMPIS. 52. Noli esse negligens, quia negligentia multi boni operis et temporis perditio est. *Serm.* 30, ad *Novit.*, divis. 6.
53. Cito potest periri per negligentiam, quod multo labore vix tandem acquisitum est per gratiam. Lib. 1, de *Imit. Chr.*, cap. 22, sect. 6.
54. Quod parvum vel nihil prodest attenditur, et quod summe necessarium est, negligenter praeteritur. Lib. 3, de *Imitatione Christi*, cap. 44.
- S. VALER. EPISC. 55. Nunquam potest fieri, ut sine offensa diem transigat, quem negligentia addidit servitutis accusat. *Homil.* 3, de *Arcta vita.*
56. Omnibus sine dubio periculis subjacet, qui vitam suam quolibet tempore negligentiam tradiderit. *Ibid.*, *homil.* 19.
- SENTENTIA PAGANORUM.
- CICERO. 57. Diligentia comparat sibi divitias, negligentia corrumpit animum. Lib. 4, de *Arie rhetor.* ad *Herenum.*
- SENECA. 58. Turpissima est jactura, quae per negligentiam fit. *Epist.* 1.
- NEGOTIATIO.
- S. ANTONIN. *Definitio.* Negotiator proprie est, qui rem comparat ut integram et immutatam vendendo lucratur. *Part.* 3, tit. 8, de *Mercatoribus*, cap. 3.
- CASSIODOR. Quid est aliud negotiatio, nisi quae possunt vilius comparari, carius velles distrahere? *Super Psalm.* lxx, vers. 47.
- GLOSS. ORD. Negotiari est terroris lucris inhare. *Super Math.* cap. 22, in illud: *Attus ad negotiationem suam.*
- HUGO CARD. Negotiatio est commutatio dati et accepti. *Super Lucam*, cap. 19.
- S. THOMAS AQUINAS. Negotiatio illa honesta est, et christianorum legibus permessa, qua pecunia vel res, vel pecuniae, rei familiaris augendae causa, permulatur. 2, 2, *quest.* 17, art. 1.
- SENTENTIA PATRUM.
- S. AMBROS. 1. Nihil deformius quam usu quodam degeneris mercaturae questu sollicitari ignobili, et diebus ac noctibus aestuare corde, et inhare. Lib. 3, *Offic.*, cap. 9.
2. In contractu etiam vitia corum, quae veniunt, prodi jubentur: ac nisi intinaverit venditor, quodvis in jus emptoris transcripserit, doli actione vaciantur. *Ibid.*, cap. 10.

3. Plurimi mercatores animas suas pro acquisitione pecuniarum perditioni tradunt. *Super Apocal.*, cap. 18.
4. Difficile lupi a cadavere, formicae a grano, a melle muscae, meretriciae a prostibulo, mercatores a foro separantur. *Serm.* *Dom. infra octav. Nativit.*
5. Homines in omni contractu cum hominibus, nemini faciant quod pati nolunt. Lib. 2, de *Ordine*, cap. 8.
6. Minus quidam vel seipsum intinendo, vel alios quoque experiendo, vili velle emere et care vendere omnibus id credit esse commune. Lib. 13, de *Trinit.*, cap. 3.
7. Dignitatis homini negotiari deformis est. *De Question. vet. et novi Testam.*, *quest.* 102.
8. Aviditatis nescio qua acquirendi, o negotiator, quando damnatum passus fueris, blasphemias: pro pretiis rerum quas vendis, non solum mentiris, verum etiam falsum iuras. *Super Psalm.* lxx, in *enarrat.* *primae partis*, vers. 17.
9. Quae honeste emantur, non illicite venduntur. *Tract.* 10, *super Evang. Joan.*, cap. 2.
10. Si negotiatio domus non debet fieri domus Dei, dissolutionis debet fieri? *Ibid.*
11. Quibus tempestatis et procellis, quam horribili et tremenda sevitie coeli et maris importuni sunt mercatores, ut divitias ventosas accquirant, majoribus quam quibus acquistari sunt periculis et tempestatis plena? *Serm.* 9, de *Verbis Dom.*
12. Quotidie negotiatores de naufragio nudi evadunt, et iterum navigant ad periculum, propter divitias acquirendas. *Serm.* 6, de *Martyrib.*
13. Negotiari aliquando licet, aliquando non licet: antequam enim ecclesiasticus quis sit, licet ei negotiari, facto jam non licet. Habet in *Decret. Gratiani*, *part.* 1, *dist.* 50, *can. Fornicari.*
14. Mendacium negotiatorum, est sigillum antichristi. *Serm.* 30, *Per.* 5, *post Dom.* 4, *Quadr.*, *part.* 1.
15. Negotiatores qui rapinam meditantur in emptione, et fraudes in venditione, volunt emere vilissime et vendere carissime. *Exposit.* 2, *super Psalm.* cxviii, *cap.* 1, *vers.* 46, *art.* 2.
16. Optima negotiatio est, qua quis spiritualia dat, ut spiritualia colligat; et haec est bona, et Deo placita. *Super Luc.*, *cap.* 19, in illud: *Negotiamini.*
17. Ecclesia fit spoliata latronum, quando in ea est negotiatio cupidorum. *Serm.* 4, *Dom.* 9, *post Pent.*
18. Sulltissimi negotiatores sumus, qui damus pro plumbo argentum, pro archaleo aurum; immo pro bono transitorio bonum sinitium. *Serm.* 1, de *S. Bartholomaeo.*
19. Studium avaritiae, sive fraudis, proprium so-

- let esse negotiantium facinus. Lib. 4, *Phaetree*, cap. 48.
20. Mercatorum fidelium haec lex est, scilicet sicut sunt socii in damno, ita sunt socii in lucro. *Tit. 7, Diator*, cap. 4.
- CASSIODOR. 21. Negotiatores illi abominabiles aestimantur, qui justitiam Domini minime considerantes, per immoderatum pecuniae ambitum polluntur, merces suas plus perjuriis onerando, quam pretiis. *Super Psalm.* lxx, vers. 17.
- S. CYRILL. ALEX. 22. Mercatorum negotia, etiamsi laborantibus quam maxime ad voluntatem succedant, nihil apud eos, qui optimam vivendi rationem elegerunt, habent admirationis. *Homil.* 16, de *Festis Paschal.*
- S. EUSEBIUS EMBSEN. 23. Pretiosa et concupiscibilis merces, cupidum et avidum negotiatorem requirit. *Homil.* 3, ad *Monachos.*
- GLOSS. DEGR. 24. Mercatio vix sine peccato fit. In *Decret. Gratiani.*
- S. GERGOR. NAZ. 25. Negotiatio maxima est, et firmissima penes eos, qui compotes sunt mentis. *Orat.* 3, *super Ebraeat. suam.*
- HAYCO. 26. Habent hoc proprium hi, qui negotiandi operibus insistent, ut si in uno negotio damna incurrerint, studiosius negotiandi operibus insistent, quousque quod in una re perdidit, in alia acquirat. *Serm.* de *Virginibus.*
- S. HIERON. 27. Dum tu ignavus negotiator denarium tenes, alterius locum qui pecuniam duplicare poterat occupasti. *Epist.* 4, ad *Heliodor.*
28. Negotiatorem clericum, quasi quandam pestem fuge. *Ibid.*, *epist.* 2, ad *Nepotian.*
29. Si negotiatores seculi tanta sustinent, ut ad incertis periturasque divitias perveniant, et servent cum anima discrimine, quae multis periculis quaesierunt: quid Christi negotiatori faciendum est, qui venditis omnibus quaerit pretiosam margaritam? *Ibid.*, *epist.* ad *Rusticum.*
- S. BERNARD. SENENSIS. 30. Negotiator avidus maris contemnit, dum in omni labore lucrum cogitat, et lassitudinem simul obliviscitur et timorem. *Epist.* ad *Demetriad.*
- S. BONAV. 31. Negotiatores nihil gratuito accipiunt, nec gratis tribuunt, sed universa mercantur. Lib. 8, *super Ezech.*, *cap.* 27, *super illud: Venditores Saba.*
- S. HILARIUS 32. Negotiosus tristis, anxius, sine requie ulla damni metu semper detinetur: honestatis immemor est, amicitiarum inobersans, humanitatis fugax; religionem nescit, bonitatem omnino odit. *Super Psalm.* cxxv.
- HUGO A S. VICTORE. 33. Solent mercatores quandoque duabus mensuris uti; una, qua vendentes sua distribuunt; altera vero, qua ementes aliena recipiunt. Sed haec major est ipsis, minor est proximo. Lib. 2, de *Claustro anim.*, cap. 6.
34. Felix negotiatio, ubi salus emitur, et vita morte redimitur. *Super Genes.*, cap. 27.
35. Pessimia negotiatio est, ubi pro modica delectatione transitoria datur tota gloria paradisi, et emitur tota pena inferni. *Ibid.*, cap. 42.
36. Tanti emptor, quanti venditor undique peccans opprimitur: unus jurat quod non dabit pro tanto, alter jurat quod non dabit nisi tantum. Unus jurat, quod valet centum: alter jurat, quod non valet sexaginta. *Super Ecclesiastic.*, cap. 27.
37. Actus pessimus in negotiatione, non res honesta, damnatur. *Ibid.*
38. Ille negotiator abominandus est, qui propter immoderatum ambitionem merces suas plus onerat perjurio, quam pretio. *Ibid.*
39. Negotiatio proprie avaris convenit, qui etiam animas suas habent venales. *Super Isai.*, cap. 45.
40. Turpe lucrum est, emere, et pluris vendere: turpe est enim huic professioni quaestibus studere. *Super 4, ad Timothe.*, cap. 3.
41. Justum est, ut qui est participes in negotiatione, participet in lucro. *Super Apocal.*, cap. 1.
- S. JOANNES CHRYSOST. 42. Negotiator in mari spe lucrorum acquirendorum pascat, et omnes aerumnas animose excipit, ut aeneis opibus suis domum redeat. *Homil.* 26, *super Genes.*
43. Damnosa mercatio est, si salus pro cibo impenditur, aut magnis villa comparantur. *Serm.* de *Jacob et Esau.*
44. Negotiatoris prosperata felicitas, apotheca multiplex est. *Homil.* 36, *super Math.* *Oper imperfect.*
45. Homo mercator vix aut nunquam potest Deo placere. *Ibid.*, num. 38.
46. Negotiatorum substantia, aut ipsis viventibus peritura est, aut a maioribus hereditas dissipanda, aut ad extraneos et inimicos hereditas ipsorum ventura est: quia non potest ad bonum proficere, quod congregatur de malo. *Ibid.*
47. Substantia negotiatorum, dum vadunt et veniunt inter emptorem et venditorem, minuitur, et in novissimo nihil illis remanet, nisi solum peccatum. *Ibid.*
48. Quicumque rem comparat, non ut ipsam rem integram et immutatam vendat: sed ut opus faciat ex ea, ille non est negotiator. *Prose.*
49. Qui autem comparat rem, ut illam ipsam integram et immutatam dando lucratur, ille est mercator. *Ibid.*
50. Si quis rem comparatam vendit, mercator est et maledictus: quanto magis maledictus erit, qui non comparatam pecuniam, sed a Deo donatam sibi, dat ad usuram? *Ibid.*
51. Super omnes mercatores, plus maledictus